

Siegfried Cäso Aeminga von


**Programma Qvo Siegfried Cæso Ab Æminga ... Ad Dissertationem Inauguralem  
De Debito Ex Mercibus Venditis Residuo Per Novationem In Mutuum Gratuitum  
Immutato Jure Prælationis Ex Jure Lubecensis Non Gaudente**

Gryphiswaldiæ: Stanno Rösenianis, 1763


<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1867630346>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (163.)



TERPETA  
LONBUB,  
SCOTIA RICO

3

PROGRAMMA

QVO

22

**SIEGFRIED CÆSO AB ÆMINGA**

J. U. D. ET PROFESS. ORD. REG. CONSIST. VICE-DIRECTOR,  
FAC. JUR. SENIOR ET P. T. DECANUS

AD

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

DE

*DEBITO EX MERCIBUS VENDITIS RESIDUO  
PER NOVATIONEM IN MUTUUM GRATUITUM  
IMMUTATO JURE PRÆLATIONIS EX JURE  
LUBECENSI NON GAUDENTE,*

QVAM

PRÆNOBILISSIMUS ATQVE DOCTISSIMUS  
DOMINUS CANDIDATUS

**CHRISTOPH. GOTTFR.  
NICOLAUS Gesterding**

GRYPHISWALDENSIS

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

DIE X. MAII A. O. R. MDCCLXIII.

IN AUDITORIO MAJORI

PUBLICE VENTILABIT,

INVITAT,

INSIMULQUE

DE EO QVOD JUSTUM EST CIRCA GRATIFICATIONEM  
CREDITORUM IN DEBITO SOLVENDO

DISSERIT.

---

GRYPHISWALDIÆ STANNO RÖSENIANO.

PROGRAMA  
SIEGHEIMD CASO AB AMINGA  
J. U. P. ET ALIIS ORD. REG. CONSIST. VI. A. DIRECTOR.  
TAC. JURISCONSULT. ET ALIIS. D. G. A. S.  
DISSERTATIONEM INAUGURARIAM  
DE  
DEBITO EX MERCIBUS VENDITIS ET  
PER MORTUORUM ET MORTUORUM  
LEGATO JURIS PRAESENTATIONIS ET  
TAC. JURISCONSULT. ET ALIIS. D. G. A. S.  
FRANCOPHISSEMUS PROPOSUIT  
DOMINUS CANDIDATUS  
CHRISTOPH. GOTTFR.  
NICOLAUS GOTTFR.  
GRYPHIS WALDENSEM  
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
ET ALIIS PRIVILEGIIS ET ALIIS  
IN A. U. R. I. C. A. Q. U. A. S. I. T. A.  
TAC. JURISCONSULT. ET ALIIS. D. G. A. S.  
DE REG. JURISCONSULT. ET ALIIS. D. G. A. S.  
CHRISTOPH. GOTTFR. NICOLAUS GOTTFR.  
GRYPHIS WALDENSEM



PROGRAMMA  
DE  
EO QVOD JUSTUM EST CIRCA GRATIFICATIONEM  
CREDITORUM IN DEBITO SOLVENDO.

---

**P**er solutionem pecuniæ debitæ plerumque obligationem ex mutuo inter debitorem & creditorem contractam tolli, juris quidem est, sed tempestive id fiat a debitore, si cum effectu liberationis omnimodæ solvatur, ne per solutionem aliis fiat injuria, indeque actioni revocatoriæ locus relinquatur. Quod quidem futurum est, si debita illo solvantur tempore, quo jam adeo obæratuſ est debitor, ut omnibus suis creditoribus ex bonis suis satisfieri nequeat. Quodsi itaque tunc solvat conscius aliorum creditorum, & uni creditori præ aliis gratificetur, in dolo est debitor, & peccat, siquidem magnitudo æris alieni necessitatem injicit ut omnibus consultat, bonis cedendo, *l. 6. si pupillus seq. ff. de bon. aut. jud. possid. tit. ff. Et C. de Cess. bon.*

Alias quidem in casu quo debitor non adeo est obæratuſ, licet non ante tempus quo convenit inter ipsum & creditorem ad solvendum adigi possit, ipsi tamen, si velit, licebit gratificari suo creditori, per solutionem, ante diem definitum faciendam, si nempe dies, ut plerumque fieri solet, favorem respiciat  
Debi-



debitoris, quod enim tunc favori pro se introducto renunciare, & ante adventum diei solvere haud possit, nulla ratione erit dubitandum, *per l. 70. l. 98. §. 4. ff. de solut. Et liberat. Et l. 38. ff. de V. O.* Quodsi vero dies solutioni in favorem creditoris fuerit præfixus, eidem invito ante quam dies venit, solutio obtrudi nequit, *MANTICA de tacit. Et ambig. convent. Lib. 14. tit. 40. n. 6. FABER in Cod. Lib. 8. tit. 30. def. 14.* quod quidem non præsumitur in dubio, ideoque a creditore erit probandum.

Ut itaque prospiciatur creditoribus in quorum fraudem debitores gratificati sunt nonnullis quibus præ aliis bene voverunt creditoribus, prætor ex æquitate introduxit actionem paulianam seu revocatoriam, quæ datur creditoribus in quorum fraudem debitor bona sua alienavit, adversus illorum possessores, ad id, ut eadem, rescissa alienatione, perinde ac si nunquam alienata fuissent, restituantur. *p. §. 6. l. 1. pr. Et §. 1. ff. quæ in fraud. Credit. modo re & consilio creditores fuerint defraudati. p. l. 10. §. 1. Et l. 15 ff. quæ in fraud. Cred.* Quod quidem non solum in rebus mobilibus, sed etiam immobilibus procedit, & in casu quo debitum, deficiente parata pecunia, extinguitur per dationem rei cujusdam in solutum.

Intuitu alienationis seu dationis in solutum rerum immobilium de Jure Lubecensi *lib. 3. tit. 6. art. 1.* notandum, quod ad majorem contractus firmitatem cessio coram senatu publice pro tribunali sedente facienda requiratur, ita ut debitor seu venditor contractum intimet, suamque voluntatem de cedenda re vendita declaret, rogans porro ut cessio ejus, *die Verlassung*, solemniter admittatur, & in librum publicum inscribatur. *MEV. ad d. art. n. 17.*

Quo jure etiam in casu quo obæratu debitor rem immobilem vendiderit, tempus quatuor hebdomadum ante motum concursum & ante fugam debitoris est statutum, ita ut venditio facta nulla habeatur, si intra quatuor hebdomades a tempore venditionis, sive cessionis publicæ fugiat, ita ut creditoribus liceat circa rem venditam concurrere, reservato tamen  
cuique

◉ ◉ ◉

cuique alias competente prioritatis jure, *lib. 3. tit. 4. art. 1. & tit. 6. art. 1.* Licebit itaque debitori obærato de jure etiam Lubecensi ante menstruum illud sptaium creditoribus quibus velit gratificari, quamvis in fraudem reliquorum id fiat creditorum. Itidem licite ac irrevocabiliter solutum retinent creditores, qui sibi vigilando receperunt debita, nec fraudis illi argui possunt, qui suum receperunt, qui nec aliis injuriam facere dici possunt, dum suo jure utuntur.

De jure Communi tempus non est definitum quo gratificationi limites præfigantur, quod itaque judicis arbitrio plurimum relinquitur ex circumstantiis & pro numero creditorum instantium & solutionem urgentium, si motus inde fuerit concursus, non amplius licet uni præ altero gratificari, quia ab illo tempore bona debitoris omnibus creditoribus facta sunt communia, indeque ex eo tempore debitori nihil separatim in unum conferre licebit: Nec etiam ipse judex regulariter alicui ex creditoribus per solutionem anticipatam licite gratificabitur, nisi probabilis gratificationis sublit ratio, & securitas præstetur solventi, & aliis creditoribus, qui forsan potiores futuri sunt, nec non cautio idonea præstetur. *MEV. P. 3. Dec. 141.* Alias vero gratificationi haud est locus, sed pecunia potius erit deponenda. *MEV. P. 4. Dec. 255.* Sic & in Jure Lubecensi casus ille solutionis inter prohibitos refertur quo debitor adeo obærat, ut desierit esse solvendo, si ex morbo unde mors secuta est decumbens sive clam sive palam, solverit, aut gratificatus sit. *lib. 3. tit. 1. art. 3.*

Non tamen negandum, variis modis fallaciam licitam circa gratificationem committi, quæ vix actioni Paulianæ sive revocatoriaæ locum relinquet, & quæ ex debito minus privilegiato magis privilegiatum efficiet, quod pro varietate temporis & circumstantiarum erit æstimandum. Sic si solvat debitor debitum chirographorium, licet ab ipso creditore summam illam solutam mutuo acceperit, & postea idem debitor eandem summam mutuo dederit eidem creditori sine usuris, privilegium prioritatis de jure Lubecensi mutuo gratuito indultum,



vix ejusmodi creditori erit denegandum, quamvis in fraudem legis facta quidem videatur hæcce debiti mutatio, lege tamen non prohibente creditor sibi vigilando novum revera debitum contraxit, non vero debitum prius minus privilegiatum sive ad quod referendum est illud debitum quod ex mercibus venditis residuum, per novationem in mutuum gratuitum fuit immutatum, quæ in specie gratificationis effectu de jure Lubecensi carebit, quod eidem jus prælationis denegavit, prouti hoc prænobilissimus ac doctissimus meus Candidatus in Dissertatione sua inaugurali in specie pluribus solidissime evictum dedit, quam ob causam ego quidem ulteriori hujus thematis tractationi superfedeo, qui præterea ad preces domini mei candidati brevitati studere institui, quod & temporis penuria desiderat, cum programma insequenti jam die, ex quo mihi plurimis negotiis moram partim haud ferentibus obstricto ejusdem elaboratio fuit commissa, prelo committendum fuit efflagitatum. Ad ipsum itaque negotium, in cujus gratiam hæcce pro more recepto præfatus sum, accedam. Restat enim vitæ curriculum prænobilissimi Domini Candidati submittere, quod quidem verbis ab ipso Domino Candidato conceptis sum exhibiturus.



Enixus sum anno Christi 1740. d. 18. Nou. Genitor mihi est IOANNES, MATTHIAS, Gesterding, *Regius Prouinciæ Suecico-Pomeraniæ Consiliarius Ciuitatis ac Consul Gryphismaldensis h. t. Primarius longæque meritissimus*, cuius coniugalis focia, meaque mater, fuit MARIA, REGINA, *Ungern, mercatoris Stralsundensis filia, iamque beata memoria dignissima*. Hi parentes mihi aestumatissimi a teneris, ut dicam, unquiculis meis omnimodam educationis enram ac solertiam, haud absque magnis sumptibus, in illum contulerunt scopum, quo membrum euaderem in DEI ac REIPUBLICAE Ciuitate uon inutile. Sciebant, quod ineunte aevi flore dociles imitandis turpibus ac prauis omnes simus; ideoque ad ætatem meam circiter duodecimam usque me fere solum domique demandabant inspectionibus atque



atque institutionibus priuatorum Informatorum, qui religionis Christianae ac sanae rationis nec non Historiae, Geographiae et linguae Romanae elementa summopere et pro viribus meis inculcabant mihi. Quibus principiis munitum, et quod alienos non sequerer errores, me fortiter esse redditum, putantes parentes mittebant me in Scholam Amplissimi Senatus nostri municipii publicam valdeque celeberrimam, quo, praeter recentiores, maiores nec non priuatissimas in dictis disciplinis instructiones, quas ibi habui, simul capefferem linguam Graecam, perferutaremque sodalium animos, quo et ad officiorum aliis ac familiaribus debitorum praestationes, ductu Praeceptorum summe prudentum, mox adfuescerem. His porro per quadriennium, quod satis videbatur, absolutis, conscriptus sum anno h. A. iubilaeo 1756. d. 26. Febr. in album tyronum huius Academiae, quae decus audit patriae. Sic autem per biennium nil nisi Philosophiae, praesertim priuatissime, et Mathesis nec non Historiae Librorum rarissimorum insimulque Linguae Gallicae quandoque et adhuc latinae Collegia, in quibus famigeratissimi pieque colendi nostri earundem scientiarum Viri docuerunt, frequentavi. Dein trium annorum subsequens spatio incubui omni cogitatione in Iurisprudentiae ciuilibus fontes atque partes, aditusque mihi comparavi ad Academiae quoque nostrae Ictorum doctissimorum omnique honoris cultu prosequendorum praelectiones, tam publicas, quam priuatas, quin priuatissimas. Tempore ita, et examinibus, quae sustinui, nec non disputationibus publicis priuatisque litteris quoque et ore prolatis, consumto, quod alternaui exercitiis corporis artificiosis aliisque ad animi recreationem scientiis, cuilibet ac praesertim litteratis sic utilibus; necessaria mihi etiam videbatur ipsa Iurisprudentiae adplicatio in foro, indeque, et ex speciali, Iudiciorum in hac ciuitate praepriis Reginum magnopere aestimanda, licentia, iam annum agit secundum, quod foris istorum aduocando inferuiam. Eruditionem, denique, meam ex theoria et praxi ita et propriis meditationibus collectam, examini publico subieci sic dicto rigoroso Facultatis Iuridicae in hac Academia splendidissima, quae Doctorali honore me dignum iudicabat, et ad illum a

me



me ambiendum, in diligentiae, nonnulla secum ferentis incommoda, remunerationem, largiter pronus erat pater supra laudatus ac dignissimus.

*Prudens futuri temporis exitum*

*Caliginosa nocte premit Deus.*

HORAT.


cuius itaque clementiae eo melius et in posterum commendati sint mei euentus.

Laudabiliter itaque vitam suam instituit Dominus Candidatus, cum non tantum a teneris totum se studiis literarum emancipavit, sed et sapienter vitam suam huc usque egit. Dignissimus hicce juris Candidatus in cuius laudem plurima afferri possent, si ipsius idem pateretur modestia, Dissertationem suam inauguralem *de Debito, ex mercibus venditis residuo, per novationem in mutuum gratuitum immutato, jure praelationis ex jure Lubecensi non gaudente*, proprio Marte elaboratum publicae eruditorum disquisitioni submittere constituit. Dies huic conflictui dictus est X. hujus mensis. Ut itaque confessus eruditorum in dicto die ornator sit atque splendidior, officii mei ratio exigit, ut Magnificum Academiae Pro-Rectorem Generosissimum Regii Dicasterii Dominum Directorem, utriusque Collegii proceres, urbis et Ministerii Ecclesiastici Patres, nec non generosam lectissimamque Studiosorum coronam eo quo decet cultu ac studio officiose invitent, velint hunc actum praesentia sua reddere illustriorem.





---

SUB SIGILLO FACULTATIS JURIDICÆ  
GRYPHISW. D. X. MAII MDCCLXIII.











biendum, in diligentiae, nonnulla secum ferentis incommoda, remuue-  
largiter pronus erat pater supra laudatus ac dignissimus.

*Prudens futuri temporis exitum*

*Caliginosa nocte premit Deus.*

HORAT.

entiae eo melius et in posterum commendati sint mei

taque vitam suam instituit Dominus Candi-  
datus, tum a teneris totum se studiis literarum  
emancipaverat, hinc liberius vitam suam huc usque egit. Dig-  
nissimus candidatus in cujus laudem plurima af-  
ferri possent, sed in hoc se temperavit, ut non  
nem suam in laudem pateret modestia, Dissertatio-  
nem suam in *Debito, ex mercibus venditis residuo,*  
per novationem *mutum immutato, jure praelationis ex*  
*jure Lubecensi novationem* proprio Marte elaboratum publicae  
eruditorum disputationi littere constituit. Dies huic  
conflictui dictus est *Annus*. Ut itaque confessus  
eruditorum in dicto *Annus* atque splendidior, officii  
mei ratio exigit, ut *Annus* Academiae Pro-Rectorem  
Generosissimum Regii *Annus* Directorem, utrius-  
que Collegii proceres, ut *Annus* Ecclesiastici Patres,  
nec non generosam lectissimorum coronam eo  
quo decet cultu ac studio *Annus*, velint hunc  
actum praesentia sua *Annus*.



SUB SIGILLO FACULTATIS JUR.  
GRYPHISW. D. X. MAII MDCCLXIII.

